

¶ PITH. 1 Concilio Sardicensi. Vide Petr. Blesenf. Epist. 149.

II. LEO IV 2. [c. an. 850. Romae.] Deponitur Cardinalis, qui in suo titulo non residet. Hoc dicit. Et est iste textus multum notabilis.

EX gestis 3: [Et infra a.] In qua 4 Synodo Anastasius Presbyter Cardin. titu. Beati Marcelli ab omnibus Canonice est depositus, eo quod parociam suam per annos quinque, contra Canonum instituta deseruit, & in alienis usque hodie demoratur.

¶ Ro. Pontificum 5 Consilio Lotbarii & Ludovici Imperatorum Sandam & Ven. LXVII. Episcoporum in Ecclesia Beati Petri Synodum congregavit.

¶ PITH. 2 Leo IV. V. C. sic. Ex gestis Romanorum Pontificum apud Damasum. Alius Codex sic. Damasus, Luitprandus, Platina.

¶ Ex gestis. V. C. sic. Leo IV. natione Romanus.

¶ In qua Synodo. In hac Synodo.

¶ Romanorum Pontificum. Absunt hæc verba à veteri Codice.

III. EX CONCILIO Lateran. 2 [c. an. 1179. Romæ.]

¶ Unus plures dignitates, vel Ecclesie conferri non debent, & Ecclesia est conferenda illi, qui residere & regere valeat per se ipsum, alias perdit Ecclesiam, & donans conferendi potestatem privatur.

¶ Quia nonnulli modum avaricie non ponentes, dignitates diversas Ecclesiasticas & plures Ecclesias parociales, contra factorum Canonum instituta neuntur accipere, ut cum unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vindicent plurimorum: ne id de cetero fiat, districtius inhibemus. Cum igitur Ecclesia vel Ecclesiasticum Ministerium committi deberet, talis ad hoc persona quaeratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsum valeat exercere. Quod si aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra sacros Canones accepit, amittat: & qui dederit, largiendi potestatem privetur.

¶ Consec. Lat. sub Alex. III. c. 13. nam cum aliud non dicitur intelligendum est Later. sub Alex.

¶ Cap. 3. eod. tit. in 1. Compil.

¶ al. ita: ut id de cetero non fiat.

¶ officium.

¶ receperit.

IV. ALEXANDER III 6. Eboracen. Archiepiscopo. [c. an. 1180. Romæ in Angliam.]

¶ Presentatus ad Ecclesiam non confirmatus, si apparet, quod nolit residere, non debet institui per Superiorem: confirmatus autem ex non iusta causa non residens, privatur, appellatione remota.

¶ Relatum est nobis, quod cum in Lateranen. Concilio statutum sit ut persone tali Ecclesia vel beneficium Ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam ejus per se valeat exercere, nonnulli ad Ecclesias presentati hoc se posse affirmare, sed efficere contradicunt: [Et infra a.] Cum, igitur, verba accipienda sint cum effectu, tales si presentati fuerint, non debent admitti, & admitti poterunt amoveri: nisi forte de licentia suorum Prælatorum, vel studio literarum, vel pro aliis honestis causis contingeret eos abesse, nec patronari debet eis appellatio interjectum.

¶ Ideo nos consulere voluisti, an propter hoc possis tales presentatos repellere, vel institui appell. sub. removere. Tuæ igitur prudentie immutetur quod.

¶ PITH. 6 Alexander III. V. C. addit Rogerio. Rogerii Eboracensis Archiepiscopi meminit Vveitmonast. 46. Hoc se posse affirmant. V. C. se posse residere affirmant.

V. IDEM Eboracensi Archiepiscopo. [c. an. 1170. Romæ in Angliam.]

Breve est, nec potest brevius summari.

¶ Fraternalitas tua: [Et infra a.] Præterea Clericum alterius Diocesis absque commendatitii literis sui Episcopi non debes recipere, nisi pro eo receperis ab Apost. Sed. mandatum.

¶ Duximus indulgentium, ut si Clerici, qui in Ecclesia tua jurisdictionis beneficium sunt adepti, ad aliam Diocesim absque licentia & assensu tuo morandi causa se transfererunt, liceat eos tibi beneficiis que habent à te, expoliare, nisi forte Scholasticis discipulis invigilaverint, aut rationabilem tibi causam ostenderit, quare reverti non debeant.

VI. IDEM Lingonensi 8 Episcopo. [c. an. 1170. Romæ in Galliam.]

¶ Qui non residet in beneficio etiam modice estimationis, illo privatur.

¶ Conquerente nobis R. Presbytero accepimus, quod G. Clericus ab eo pro Ecclesia sua, de qua vitæ necessaria vix potest percipere, annuatim xx. solidos extorquere conatur, allertens beneficium illud in eadem Ecclesia sibi fuisse collatum: [Et infra a.] Frat. t. mandamus, quatenus si tibi constiterit, quod dictus G. habeat Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia, vel quod eidem Ecclesie non

deserviat: sibi super præscripto beneficio silentium, sublato impedimento appellationis, imponas.

¶ Quamquam eidem Ecclesie sicut accepimus non deserviat, & alia Ecclesiastica beneficia sufficientia habeat & possideat ab Ecclesia. Quoniam igitur indecens est non consentaneum rationi ut idem B. cum alia Ecclesiastica beneficia sibi sufficientia habeat & possideat, ab Ecclesia cui non deserviat, beneficia querat.

¶ PITH. 8 Lingonensi. Lincolniensi. Conquerente, &c.] Contra Petr. Blesenf. Epist. 133.

VII. IDEM [c. an. 1170. Romæ.]

¶ Qui est in servitio Episcopi, percipit fructus beneficii tantquam residens, præter distributiones quotidianas, Abbas.

DE cetero: Et infra. Statuimus ne Canonici, donec in servitio tuo fuerint, quicquam subtrahi debeat vel tit. in 1. aufert, quod de communitatis sibi beneficio debetur: Compil. Nisi forte sint victualia, quæ non consueverunt absentibus exhiberi.

¶ PITH. 10 Canonici. V. C. addit tuis.

VIII. CELESTINUS III 11. [c. an. 1195. Romæ.]

¶ Privandus est Prælati vel Clericus non residens, qui citatus non revertitur in termino sibi præfixo, nisi habeat iustum impedimentum. Hoc dicit cum duobus sequentibus.

EX parte vestra nostro fuit Apostolatus referatum, quod Ecclesie vestre Decanus, qui in paribus Gallicanis sibi potius habitationem elegit, jam per decem annorum spatium Ecclesia vestra ipsius presentiam habere nequit. Quia ergo nolumus, ut eadem Ecclesia Decani officio defraudetur, mandamus, quatenus scribas eidem quod suum ibidem officium, ut Decanus debeat exercere. Quod si vocatus, venire noluerit, eligendi alium, qui præesse Ecclesie vestre valeat & professe, vobis ex tunc concedimus liberam facultatem.

¶ PITH. 11 Celestinus III. Magdeburgensi Capitulo. Vide Epistol. Innoc. III. quæ incipit Sacrosancta lib. 1.

IX. INNOCENTIUS III. Capit. Ragulino. [c. an. 1214. Romæ in Sclavoniam.]

¶ Summatum est in Capitulo precedenti.

¶ Qualiter Archiepiscopus vestre temeritate propria recessit ab Ecclesia Ragulensi, nec iam ultra quadriennium expectatus redierit per literas etiam vestras revocatus: [Et infra a.] Discret. v. mandamus, quatenus, nisi forsitan jam redierit, vos post mensem à receptione presentium, personam vobis idoneam in Archiepiscopatum eligatis.

¶ Vestra universitas plenè novit: cum spiritus apud nos deposueritis super hoc querelam, & vobis concedi postulaveritis licentiam eligendi. Nos autem expectantes divinitus duximus expectandum, si forte revertitur ad cor & ad Ecclesiam suam quam taliter reliquerat remearet. Nolentes igitur quod divinitus Ecclesia ipsa Pastoralis maneat consolatione destituta.

X. IDEM Constantinop. Patriarchæ. [c. an. 1214. Romæ in Thraciam.]

¶ Summa ut in Capitulo, ex parte supra eodem.

¶ Inter quatuor animalia: Et infra. De Clericis, qui Ecclesias, vel præbendas sibi concessas, sine iusta & necessaria causa deserunt, tuo præsertim non accedente consensu, hoc tibi duximus respondendum, quod postquam congruo tempore fuerint expectati, nisi redierint ad illas, possunt eis iuste privati, dummodo non sint iusto impedimento detenti.

XI. IDEM Archiepiscopo Panormitano. 12 al. Patraren. [c. an. 1214. Romæ in Siciliam.]

¶ Si nescitur ubi sit Clericus, tribus publicis edictis citabitur in Ecclesia sua: & si intra sex menses non revertitur, privabitur Ecclesia sua. Hoc dicit, usque ad verbi contra eos.

EX tue devotionis: Et infra. In Ecclesiis eorum, qui se fraudulenter absentant, nec ad ipsos valet citatio pervenire, trina citationis edictum facias publicari: & si nec sic curaverint obedire, & ultra sex menses, suas deseruerint Ecclesias, juxta sanctiones canonicas, eis debent merito spolari.

¶ Iste versic. non summatur propter varietatem lecturarum, & quia secundum unum intellectum non facit ad rubricam.

¶ Contra eos etiam procedatur, ut ipsos per suspensionis & excommunicationis sententiam ad tuam obedientiam venire compellas. Quod si nec sic eorum malitia poterit emolliiri, eos B. sanctæ Sufannæ Presbyter Cardin. Apost. Sed. Leg. à spiritualium administratione removeat, & quibus præsent Ecclesiis, de personis idoneis faciat provideri, sed in eos degradationis sententiam non promulget: ut cum eis misericorditer, si expedit, facilius agi possit.

XII. IDEM Altiflodorensi 9 Episcopo. 7 Alidiæ. [c. an. 1214. Romæ in Galliam.]

¶ Privilegiatus ut absens in studio fructus præbende recipiat. Exiens in villa vel castello, ubi nullum est, vel minus competens studium, privilegio non utitur.

¶ Cap. 4. eod. tit. in 111. Compil.

¶ al. taliter est, &c. al. debeant. al. debent.

XIII. HONORIUS III. Præposito de Valeris. [c. an. 1220. Romæ in Galliam.]

¶ Qui iuravit in Ecclesia residere, pro servitio Ecclesie licite se absentat.

EX parte tua fuit propositum, quod tempore quo recepisti Præposituram de Valeris, præstitisti de faciendi residentia juramentum: [Et infra a.] Postulationi t. t. r. quod si te non absentando in fraudem, Præposituræ tuæ iura fideliter profeceris, cum ex hoc cenleri debeas residens, perjurium non incurris.

¶ Præstito insuper juramento promittens quod homines & iura ipsius Præposituræ manuteneas & defendas. Cum autem prosequendo iura Præposituræ residere interdum in Ecclesia memorata non possis, de juramento super ipsa residentia præstito metuens provideri tibi super hoc à nobis humiliter postulasti. Nos vero.

¶ PITH. 12 Residentia. V. C. addit, quæ ligia nuncupatur in Ecclesia sancti Martini Turonensis in qua eandem Præposituram obtines.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

¶ De materia juramenti huc spectanti. Vide Jal. in 1. si pecuniam, ff. de cond. ob causam.

ex servitoribus ejus absentibus est ferè destituta ministris. Unde mandamus, quatenus non obstantibus Apostolicis indulgentiis, & prædecessorum tuorum licentia, absentes Canonicos & alios revocatos ad residendum in Ecclesia supradicta: & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi Ecclesie facias congruè deserviri, in utilitatem ejusdem, quod ex præfatis beneficiis superfluit convertendo.

¶ PITH. 18 Assijos. Mansionarios, Capellanos. Hostienis hic.

XVII. IDEM [c. an. 1231. Romæ.]

¶ Privatatur Beneficio Clericus non residens, si monitus non redeat, nec iustam excusationem aleget. Hoc dicit & est casus notabilis.

¶ Clericos in Ecclesiis tuæ jurisdictionis beneficia, quæ residentiam exigunt alienatos, si ad alterius Diocesim absque licentia tua morandi causa transierint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis, nisi excusationem rationabilem ostenderit, spoliarie.

DE PRÆBENDIS ET DIGNITATIBUS.

TITULUS V.

I. EX CONCILIO Pictaviensi. [c. an. 988. in Gallia.]

¶ In bonis Ecclesie non succeditur jure consanguinitatis.

¶ Nullus de Clero sine populo Ecclesiastica bona jure consanguinitatis sibi requirit habenda.

¶ Hoc Concl. lium nondum reperi licet pleraque alia.

¶ C. 4. eod. tit. in 1. Compil. beneficia.

II. IN CORPORE Canonum.

¶ Non licet Episcopo aliquem ordinare sine titulo.

¶ Non licet ulli Episcopo ordinare Clericos, & eis nullas alimonias præstare: sed duorum alterum eligat, vel non faciat Clericos, vel si fecerit, det illis unde vivere possint.

¶ PITH. 1 In Corpore Canonum. Ex Novella Juliani 5. cap. 2. Ordinare Clericos. In Superioribus Ordinibus qui facti dicuntur.

¶ C. 2. eod. tit. in 1. Compil.

III. GREGORIUS Anthemio Subdiacono. [c. an. 603. Romæ.]

¶ Bona Ecclesiarum communia sunt, nec debet quisquam tanquam propria vindicare.

¶ Ratio nulla permittit, ut quod pro communi utilitate datum esse cognoscitur, propriis cujusquam usibus applicetur.

IV. ALEXANDER III. in Concil. Lateran. [c. an. 1179. Romæ.]

¶ Qui ordinavit aliquem ad sacros ordines sine titulo, non habentem de suo unde vivat, providere tenetur et de suo, donec aliquem titulum fuerit consecutus.

¶ Episcopus si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in Diaconum vel Presbyterum ordinaverit: tamdiu ei necessaria subministret, donec in aliqua Ecclesia ei convenientia stipendia Clericalia assignent. Nisi talis ordinatus de sua vel paterna hæreditate, subsidium vitæ possit habere.

V. IDEM in eodem. [c. an. 1179. Romæ.]

¶ Non debent Episcopi permittere quem plures Ecclesias obtinere.

¶ Quia in tantum quorundam processit ambitio, ut non duas vel tres, sed plures Ecclesias perhibeantur habere, cum nec duabus possint debitam provisionem impendere. Per fratres & Coepiscopos nostros hoc emendari præcipimus, & de multitudine præbendarum Canonibus iniunica, quæ dissolutionis materiam & evagationis inducit, certumque continet periculum animarum, eorum, qui Ecclesiis deservire valeant, indigentiam volumus fublevari.

¶ PITH. 3 Quia. V. C. addit, jam.

¶ Multitudinem præbendarum. Præbendarum absque V. C.

¶ Volumus. Absque V. C.

VI. IDEM [c. an. 1180. Romæ.]

¶ Ad mandatum Papæ non tenetur quis providere illi, qui beneficium in literis tacuit, vel cui sine scandalo provideri non potest. Hoc dicit. Et in ult. est iste textus semper menti tenendus.

¶ Um teneamus: [Et infra a.] Si mandatum nostrum pro aliquo provisione receperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commodè sustentari: nisi forte in literis ipsis de hoc mentio habeatur: aut si non potest ei sine scandalo provideri: equanimiter sustinemus, si pro eadem mandatum nostrum non duxeris exequendum.

¶ Ex debito suscepti regiminis provisioni Clericorum intendere, tibi & aliis Ecclesiarum Prælati pro eis scripta nostra dirigitur: interdum etiam super illorum provisione, Pars II.